

riore explicatione earum rerum, quas optima me-  
thodo, & brevitate maximè perspicua, prototypou  
exposuit.

5. Quæ prolixitas posterioris editionis, cùm non  
sine causa videri debeat intempestiva: & mutatio  
isthec, in libro fidei Symbolico, privata autorita-  
te suscepta, malè ominosa sit: succincta prototypi  
brevitate, in hoc etiam Articulo, meritò acquies-  
cimus,

6. Andreas certè Fabritius Leodius, ansam Lz-  
villandi mutuatus ex collatione Prototypi cum po-  
steriore editione manifestum esse scribit: quo-  
modo tortuosus ille serpens (*Lutherani*) se  
volvat, ut venenum olim effusum resorbe-  
at: & quod in priore negavit, in posteriore  
affirmet. *Harmon.* pag. 37 & 38.

7. Quæ cavillationes licet facilimè refutari que-  
ant: Variationem tamen illam intempestivam,  
Ecclesiæ protestantium varijs hujusmodi præjudi-  
cij onerasse, vel inde manifestum est.

8. Etsi verò articulus iste sub consuetam illam.  
libri buius dixotomia non venit & perpe-  
tua ðœœci sive affirmativa constat: Interim tamen  
ex oppositorum contentione, facile de ðœœci  
& ðœœpodidactaλια fieri potest judicium.

9. Voluerunt autem Protestantes mera quadam  
uti ὄμοιογενία: Quia hæc ipsa doctrina de Bonis  
operibus maximè cum Papatu erat controversa, ac